

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

THE OGNI.

DIS MEGARENSIS SENTEN-
tiæ Elegiacæ, cum interpretatio-
ne & Scholijs Eliæ

Mnemosynæ *Vineti.* *Præfacing.*

ACCESSIONT ET HORVM

Poetarum opera Sententiosat

Phocylidis	Rhiani
Pythagoræ	Eratosthenis
Solonis	Panyasidis
Tyrtæi	Lini
Naumachij	Menecratis
Callimachi	Posidippi
Mimnermi	Metrodori
Eueni	Simonidis.

Senariorum libellus.

*Omnia in usum Scholarum collecta, & ad uer-
bum conuersa per I A C O B V M
H E R T E L I V M Cu-
riensem.*

Adiecta quoq; est omnium uersio Latino
carmine à diuersis expressa.

Où πρὸς δ' ἀπαντός ἐσιν αὔτισαι παλῶς.

B A S I L E A E.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

A M P L I S S I M I S , P I E-
T A T E , P R V D E N T I A , A C
eruditione præstantissimis uiris, D. Cos.
& Senatoribus Reipublicæ s A L -
V E L D E N S I s , Dominis ac pa-
tronis suis obseruandiss.

S. P. D.



Vandoquidem, uiri amplissimi, nihil animis hominum magis inhæret, quàm id, cui à teneris consuetudinibus: idque quod tenerum est, ut ait Seneca, proximis applicatur: universæ hominum societatis permagni interest, ut ab ineuntibus statim annis mortales optimis, quæ per totam uitam usui futura sint, affluescere discant. Quia uero ætatis imbecillitate iuuentus ad malum quàm ad bonum proclivior, minus considerat profutura ne an obfutura sint, quæ tractat: opus est, ut per adultiores, quibus cura eius qualicunque modo incubit, à turpibus ad honesta, à uitijs ad uirtutum a-

a 2 morem

E P I S T O L A

morem deducatur. Id autem nulla commodiore uia, quām per liberalem institutionē fieri potest. tanta enim eius uis est in utrāq; partem, ut nulla tam bona possit esse natura, quin illius quasi excolendae cura intermissa, uitiosa reddatur: nulla item tam mala sit, quæ non ad frugem liberali ac fidelis institutione redigatur. Proinde cum adulta hominum ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; sit, quām rudes illi iuuentutis anni, qui in star cœre quamlibet impressionem facile admittunt: tum generosi m̄ores, ut ille ait, imbuendi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuescendum, eaq; discenda, quæ nec grandinem, nec uim, nec lumen ipsum, ut Plato inquit, extimescant: quæ quoque cum nautago salua enatare, nec à latronibus eripi quæant, cum ad quæuis cereum adhuc est ingenium. Nam postquam annis iam quasi diriguit animus, partim è grè, quorum praua consuetudine fuimus infecti, descendimus: partim, quæ nescimus, non nisi maxima nobis inculcari difficultate possunt. Quò elegatissima metaphora hac respexisse uidetur Ouidius:

*Quæ præbet latas arbor spaciantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, uirga fuit.*

Thinc

DEDICATORIA.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,

Nunc stat in immensum uiribus aucta suis.

Hæc perita rerum antiquitas considerans,
quæ nihil non egit, ut Republicæ optimè
constitutæ in suo flore permanerent, iuuen-
tutem, ceu seminarium totius hominum
conuersationis, optimis quibusuis non tâ
artibus & disciplinis, quâm morum uitæ-
que præceptis imbuendam curauit. Non
ignara, & sine literis rudes inertesque, &
cum literis parum utiles fore homines, nisi
honestati uitæ quâm primùm assuefierent.
Plus enim deficere quâm proficere eum,
qui doctrina proficit, & moribus deficit,
præter Aristotelem, quotidiana docet ex-
perientia. Non autem quæuis temerè, &
citra delectum, teneris puerorum animis
obtrudi passa est: sed eos autores, qui & pie-
tatem, & præcepta de morum uirtutibus
continerent, proposuit. In quorum au-
torum numero, Poetæ, qui uel mira inge-
nij industria clarorum uirorum egregia fa-
cta in exemplum posteritati descripta reli-
quissent: uel quâm breuissimis, maxime-
que illustribus sententijs doctrinam mo-
rum essent complexi, suo quodam iure fa-
cile primas obtinuerunt: unde & noimen-

E P I S T O L A

illorum in maximo cultu, maximaq; ueneratione apud optimos quosvis extitisse nō ignoramus. Plato, philosophia quidam sol, huiusmodi Poetas non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tantū abest ut ē Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poetice arte ad lasciuiam, turpesque amores abuñ erant) ut & ipse testimonij eorum usus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumenta euoluendi autor fuerit.

Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberimaq; apud ipsum Solonis, Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatus est, Euripide Tragico familiarissimè usum esse, nemo nescit. *μεσῶν θράποντες καὶ αὐτῷ φρόνησεν* ab Hesiodo & Pindaro nuncupantur. Strabo autem lib. i. de Situ orbis scriptum reliquit, ueteres τὸν πρώτον ποιητὴν, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quandam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos unguiculis ad uiuendi rationes perducat, mores atque affectus edoceat, quæq; gerenda, declinanda ue sint, quadam cantus suavitate præcipiat. Et quod

DEDICATORIA.

quò magis suam erga huiusmodi ~~aberrans~~ ~~wom-~~
tas gratitudinem testatam redderent, iuue-
nesq; ad bonarum rerum studia, morumq;
integritatem excitarent: statuis ac imagi-
nibus eos honestari, poemata ipsorum in
publicis Deorum celebritatibus, alijsq; con-
uentibus recitari, optimasque sententias tē-
plotum foribus, tanquam Deo dignas, imd
ab ipsis Numinibus usurpatas, affigi, nec nō
aureis preciosisque materijs insculptas ad,
omnem posteritatem conseruari curauerūt.
Quemadmodum ex Platone, Xenophon-
te, Pausania, Plutarcho, Athenæo, alijsque
uetustissimis scriptoribus & iam dicta, & a-
lia plura de Poetarum excellentia & utilita-
te cuiuis obuia sunt: nec patitur epistolæ an-
gustia hoc omnia referre. Etsi uero Christianæ
professionis homines, sinceræ Reli-
gionis Pietatisq; studium non ab huiusmo-
di autoribus, sed ex sacro sanctæ Scripturæ
fontibus petere debet, & possunt, ut quæ so-
la salutem & æternam beatitudinem per
s v C H R I S T I ueri Dei, ueriq; hominis meri-
tum credentibus paratam esse monstrat,
præceptaque ad Christianam uitam utilia
copiosissimè præscribat: tamen Poetarum
quoque (qualium scripta iuuentuti propo-
nimus)

E P I S T O L A

nimus) lectionem & usurpatam , & in non
contemnendo precio habitam, habendam-
que esse , grauissima sanctissimorum in Ec-
clesia Dei uirorum exempla & autoritates
comprobant: quarum paucissimas, ob eos
qui parum dextrè de Poetis sentiunt,in me-
dium proferre placuit. D. Paulum , electum
illud Dei omnipotentis organum , Poeta-
rum libros euoluisse , & ut Clemens ait, ad
ædificationem curamque aliorum , testimo-
nijs eorum uti non erubuisse, Sacrarum lite-
rarum ueritas testatur. Sic Act. 17. ubi Deum
esse probat, Aratum uetustissimum poetam
citat. Cor. 15. ex Menandro Comico malo-
rum consortia fugienda monet, quod prae-
uis colloquijs boni mores corrumpantur.
Cretensium mores Tit. 1. ex Epimenide ua-
te Cretensi graphicè depingens ait: *κρήτες αἱ
ψυχαὶ κακὰ θηρία, γατέρες αἴργαι.* Gregorius Na-
zanzenus , ob excellentiam Theologus di-
Eus, scriptis poetarum mirè-delestatu-
& sacrorum carminum uolumen posterita-
tū reliquit: quod non solum priscis tempori-
bus propositum est pueris, ut Socrates , So-
zomenus, Orosius & Eutropius scribunt, ue-
rūm etiam hodie à doctissimis uiris in deli-
cijs habetur. Quid de Iohanne Chrysosto-
mo

DEDICATORIA.

mo Patriarcha Constantinopolitano sub Arcadio & Honorio Imp. anno Christi 401. dicam, qui Aristophanis Comœdijs etiam noctu pro puluino usus est? Quid de Eustathio Thessalonicense, cuius etiam hodie eruditissimi in Homerum, ingeniorum fontem, commentarij extant? Neque mihi hoc loco temperare queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsariensis, cui uirtutum splendor Magni cognomen peperit, uerba adscribā. de eorum Poetarum lectione, qui bonorū hominum dicta facta ue narrassent: quales præ cæteris fuerunt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Phocylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: ἐπὶ τούτῳ, παρα-
επονήν ἡ ποιητική, καὶ λογοποίος, καὶ ρήτορος, παὶ πάσιν
αὐθεόποιοι ὄμιλοι τέον, οὐδὲν αὐτὸν μέλλει πρός τὸν τῆς φυ-
χῆς ἐπειμέλειαν ἀφέλειά τις ἔσεσθαι. καὶ μετ' ὅλιγον· εἴ
μηδὲν οὐδὲν ἐσί τις οἰνόποτης πρὸς ἀλλήλας τοῖς λόγοις, πρὸς
γον αὐτοῦ μηδὲν αὐτῷ μη γνῶσις γένοιτο. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τὸ
γε παράπλαισθεντας παταμαθεῖν τὸ διάφορον οὐ με-
μόρει τις βεβαιώσει τὸ βελτίονος. Hoc est: Poetis &
oratorib. omnib. hominibus utendū, unde
futura sit aliqua utilitas, quę ad animę faci-
at edificationē. Et paulo post: Et si nostrorū

E P I S T O L A

sermonum atq; gentilium ulla est conuenientia , nobis illorum ualde conferet noticia: si minus, eos saltem simul conferendo differentiam discere licebit, cum ad mechieris optionem atq; delectum non parum comparatio ualeat, & inferiora saepe collata sint potioribus ornamento. Nec ab his dissentit Philo sapientissimus , dum libro de Agricultura, de puerorum studijs in huc modum differit: φυτόνων ἃ ταῖς μηνὶς εἰναινέοντας μορθόν ματα, ὡνδικαρπὸς αὐτὸς τίβιαιος οεται. ἐστι δὲ ταῦτα, ἢ τὸ γράφειν καὶ αὐτογένωνει πόδοχος ἐπιτίθενται, ἢ τῷ παρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀντιβῆναι ὄρουντα, γεωμετρία, καὶ ἡ ἀρθρὴ τὸς ρήτορεύς λόγιος μελέτη, καὶ ἡ σύμπασσα τῆς ἐγκυρολίας παιδίας μαστιγί. Quæ uerba Latinis auribus sic sonant: Inseram autem primūm in puerilis etatis animas, surculos, quorum fructus ipsas enutriat. Sunt autem hi, scribendi legendique certa industria, eorum quæ apud sapientes poetas habentur diligens scrutatio, geometria, oratoriæ facultatis meditationio, & uniuersa liberalis musica. Atque hæc quidem de Poetarum autoritate & lectione paucis attigisse, non planè ιπτός τῷ πελεῖ, sufficiat. Haud enim parē humeris susciperem prouinciam, si ex singulis Christianis

D E D I C A T O R I A.

stianis scriptoribus (ut de gentilium my-
riadibus taceam) poetarum & laudes col-
ligere , & osorum calumnijs occurrere co-
narer . Ego itaque tantorum uirorum iu-
dicio & consilio incitatus , iuuentuti , cuius
informandæ mihi quoque cura incumbit ;
haec in parte , quod ad optimorum poetarū
studium attinet , labore quidem duro , ani-
mo uero non ægro consulere studio , cum
hanç meam esse Spartam non ignorem .
Mirificè enim peritæ rerum antiquitates ,
quæ ut Plato uult , πρέττων ἀμα καὶ οὐ γυνόποια
θεῶν σύγκριτο , exemplum sequi , & quantum
parest , alijs ad idem faciendum autor es-
se placet . Hac de causa , cum labores no-
stros , quæs in Comicorum L. scriptis ab in-
teritu vindicandis exhausimus , bonarum
literarum studiosis non ingratos animad-
uerterem : facilè , nusquam satis laudati ui-
ri D. Ioannis Oporini , Compatrii ac amici
mei obseruandiss. cōfilio acquieui , quo me
ut hōrū quoq; poetarum , quos hic damus ,
scripta collecta iuuentutis studijs commu-
nicarem , incitauit . Theognide ergo γνωμικω-
τάτῳ , cum uersione & doctissimis B L I A E VI
NETI Annotationibus , ex arbitrio D. Typo-
graphi , præmisso , reliquorum autorum om-
nium

E P I S T O L A

nium scripta ex diuersis hinc inde autorib,
congesimus, congesta fideliter interpreta-
ti sumus, & ad puerorum captū quām pro-
ximē accommodauimus. Nec iuuenilibus
ingenijs inutilem hanc nostram operam fo-
re speramus. Castissima enim saluberrima-
que de moribus præcepta proponit, quæ u-
sum non pœnitendum in omnes uitę huius
partes, si recte percipiantur, sint allatura. Præ
terea Græcæ linguæ (quæ comptissima est
in his autoribus) cum Latina collatio, non
parum emolumenti ad uberiorem eruditio-
nis thesaurum comparandū adferet: ijs præ-
sertim, qui alias uiua magistri uoce destitu-
ti, ipsi sibi præceptores esse in Græca litera-
tura coguntur: ut plures cōmoditates, quas
præter iuniores etiam adulti hinc haurire
possunt, sciens præteream. Non parum
tamen doctissima Stobæi interpretatio, un-
de non paucas sententias transcripsimus,
nos iuuit. Versionem Latino carmine,
sui cuique interpretis nomine præfixo, ne
alienis nos ornare plumis uideremur, sub-
ieccimus, ut Græcæ elegantiae cum latīna
melius perspiceretur conuenientia, ab ijs
qui iam absque cortice in Græco studio na-
tare queunt. Nondum carmine reddica,
pro

DEDICATORIA.

pro nostra tenuitate pedibus astrinximus,
ita ut quām proximē Græca sententia ex-
primeretur. Alicubi lectionis uarietas
margini est aspersa. His omnibus eiusdem,
si non carminis, tamen argumenti libellus
Seniorum insertus est, ut quām absolu-
tissimam de moribus, totaque uita lauda-
biliter instituenda doctrinam, optimorum
hoc Poetarum Opus teneris puerorum ani-
mis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri am-
plissimi uobis inscribere, librumque Scho-
læ uestræ consecrare, maximè necessarium
duxi; ut sub amplissimo nominis ue-
stris patrocinio (quod quām eximium ex-
gabonartum artium cultores semper extin-
terit, manifestius est quām ut nostro præ-
coniō indigeat) tutus à maleuolorum, quo-
rum plena sunt omnia, moribus in com-
mūnem iuuentutis usum prodiret: tum in
primis, ut grati tandem animi indicium, li-
cet exiguum, exhiberem pre innumēris Rei
publicæ uestræ in me beneficijs. Cum
enim puerilium studiorum parēm non po-
stremam Scholæ uestræ celeberimè con-
stitutæ, sub optimis præceptoibus M.
C H R I S T Q P H O R O Hoffmanno,
&

EPISTOLA


& IOANNES Tumlero (D. C. A. S. P. A. R. A.
quila primariam Ecclesiæ curam gerente)
feram acceptam: gratitudinis officium ui-
debatur requirere, tam pro his, quām pro a-
lijs ciuium uestrorum in me meritis, char-
taceo hoc munusculo, cum aliud non esset,
testatum omnibus reddere, memoriam hu-
manitatis uestræ nondum apud me senuis-
se: si forte alij meo exemplo excitati, melio-
ra, nominique uestro amplissimo magia
conuenientia darent, & tandem *excessus*
turpissimum crimen à Christiano cœtu exu-
lare inciperet. Etsi uero per se satis exigu-
um est munusculum hoc, nec dignum quod
eām P. V. officijs conferatur: tamen, si pro
uestro fauore erga liberalia studia & iuuen-
tutis honestam institutionem, offerentis a-
nimū respexeritis, non minus gratum cō-
fido futurum, quām si uel Colophonium au-
rum à me P. V. oblatum esset. Quæ spe
ne me fallat, p̄ eam, qua omnes *philosophos*
prosequi soletis benevolentiam, etiam at-
que etiam ore. Deus opt. maximus, æternus
Pater Domini nostri I E S U C H R I S T I, P.
V. consilia & actiones ad sui nominis glo-
riam, & Ecclesiæ, Scholæq; communem sa-
lutem dirigat, uosque omnes in sui agnitione

ne

D E D I C A T O R I A.

ne uera conseruet, Amen. Basileæ, ex Ludo
literario ad D. Petrum. 8. Calend. Febr. Quo
die, ut quidam uolunt, ante annos 1527.
Paulus Tarsensis ad pœnitentiam reuoca-
tus diuinitùs, hostili in Christianos animo
deposito, C H R I S T I dogmata amplexus
est: quemadmodum Lucas Act.
y. scripsit.

P. V.
deditissimus,
Iacobus Hertelius
Curienfis.



ELIAS VINETUS

Santo Le^ctori.

Vm ocij plurimum anno su-
periore apud Franciscū San-
geliū Engulismensis Ec-
clesiæ Decanū, uirum cùm
generis splendore, tum inge-
nij dexteritate apprimè nobilem, nactus
fuissem: id totum, quantum per aduersam
maletudinem licuit, in iucundissima Græ-
corum poetarum lectione à me cōtritum
est. qua quidem in re consilium eorum lu-
bens secutus sum, qui antiquos scriptores
eo legendos ordine censem, quo & uixe-
runt, & scripserunt: quod recentiores à ue-
tustoribus semper habeat quidpiā, quod
non facilè intelligas, nisi prius illos dili-
genter legeris. Perlectis igitur, quorū fuit
copia, uetusssimis quibusque, cuiusmo-
di sunt Homerus & Hesiodus, Theognis
idem tandem in manus sumpsi: cuius sen-
tentias licet graues esse nō dubitarem, eo
tamen intellectu mihi faciles fore spera-
bam, quod crederé nihil esse illic quod à
posterioribus, quos aliquando legeram,
non fuisset luculentius tractatum. Verūm
b uixdum

ELIAE VINETI

uixdum è portu solueram, cum tot subito
emergunt scopuli, tot statim obortae nu-
bes, cœlumq; diemq; eripiunt oculis, ut à
proposito facilè his deterritus fuisset, nisi
cupido huius conficiendi æquoris me pfa-
nè obstinata iam inde ceperisset, ex quo pri-
mùm à præceptoribus meis, Aristotelis a-
liorumq; veterum scripta prælegi mihi cœ-
pta fuerant, quæ huius poetæ sententijs ue-
luti suauissimis flosculis inspersa essent.

Cum igitur pergere obfirmato prorsus
animo certum esset, quæ ad tam difficilem
periculosa sunt, ea diligenter omnia adhibui,
cuiusmodi sunt cum uariorum codicis,
locorumq; ex eodem autore ab alijs scri-
ptoribus citatorum diligens collatio:tum
syncerum & acre amicorum meorum, ui-
torum doctorum, unà cum meo, iudiciū:
inter quos Petrus Panætius, & Iacobus
Gupylus, facilè principes, qua quidem di-
ligentia abscisis, abiectis, transpositis mul-
tis, effectum tandem est, ut in instituto satis-
fecerim meo, perlegerim bonum poetā,
eorumq; quæ in eo corrupta erant, bonam
magnamq; partē obiter castigauerim. Ce-
terum cum in eo totus essem, Ioanni Lo-
doico

E P I S T O L A.

3

doico Tiletano, typographo diligentissimo, rem patefeci, cū in eius bibliopoliū, quærendi ex eo exemplaris gratia aliquā do me cōtulisse: quam ubi intellexisset, rogauit uehementer, ut si quid haberem in eum autorem, quem esset breui excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem per facilē impetravit ille, quando ineunte hac æstate huc ueni, cādide lector: cui in tuam gratiā publicandū tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris. quē autrem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quām cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet uigilijs id prēstare potuerim. quæ res in causa est, ut in Latinum sermonem à me conuersum non haberis. Quod reliquum igitur hīc desiderabitur, id ab alio interim dum fœlicius expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunq; est fruatis, eumq; boni consulas uelim. Vale, Lutetiæ. Calendas
Sextil. 1543.

63 THEO-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

TYRTAEI
EX TYRTAEO, DE VIR-
tute bellica.

AVDACIAS LAVS.

Non memorādus mīhi uir, nec in precio habēdus
 Seu virtutis pedū seu gratia lucte: (uidetur;
 Neq; si Cyclopum habeat magnitudinem et robur,
 Et currēndo uincat Thracium Aquilonem:
 Et forma sit uel ipso Tithono præstantior,
 Et locupletior quam aut Midas aut Cimyras reges:
 Neq; si Tantalidem Pelopem regno uincat,
 Linguanq; Adrasti suauissimam habeat.
 Neq; si gloriā omnē præter bellicā fortitudinē habeat;
 Non enim uir bonus est in bello,
 Si non sustineat cædem uidere cruentam,
 Et proprius hostem stare cupiat.
 Hæc uirtus est, hoc optimum inter homines præmium,
 Et maximè decorat uirum iuuenem, à quo geritur.
 Commune hoc bonum est ciuitati, et uniuerso populo,
 Si quis uir progressus inter pugnantes in prima acie
 Cōstater, turpisq; fugæ prorsus obliuiscatur (maneat,
 Vitam et animum patientem obijcens periculo.
 Animetq; dū mortem obeuntem proximū uirum astas:
 Hic uir bonus est in bello.
 Statim uero hostium in fugas uertit phalanges
 Asperas, suaq; industria prælij fluctus regit.
 Ipse autem in prima acie prostratus cibarā amittit vitam,

Ciuit-

ΕΚ ΤΩΝ ΤΥΡΤΑΙΟΥ,

ωςὶ πολεμικῆς ἀρετῆς.

ΕΠΑΙΝΟΣ ΤΟΛΜΗΣ.

OΥΤ' αὐτὸν φυνοαίμιν, ὅτ' εἰ λόγω αὐτοῦ πράγματα,
ὅτε ποσδῶν αρέτη, ὅτε παλαισμοσιώνε.

Ἄντ' εἰ πυπλώπων μὲν ἔχει μέγεθός τε βίβην τε,

τιμών ἡ θέων θρηνίου βορέων.

Ἄντ' εἰ τιθωνοῖς φυλὴν χαριέστερος εἴη,

πλητοῖν ἡ μίσεων πᾶντα μεντόνος πλέον.

Ἄντ' εἰ ταυταλίδεων πέλοπος βασιλούντορος εἴη,

γλωσσαν δὲ αἰσχρήτη μελιχόγυρων ἔχοι.

Ἄντ' εἰ πᾶσαι ἔχοι πόλεων, πλὴν θύειδος αἰλιῆς,

ἢ γὰρ αὐτῷ ἀγαθὸς γίγνεται εἰ πολέμω,

ἀμὴ τετλαίνει μὲν ὄρῶν φόνον αἰματόσυτα.

πᾶσαι δικιώματος ἐγγύθειν σάμονος.

Ἄντ' αρετὴν τόδην ἀεθλούν εἰ αὐθρώποισιν ἀεισθορ,

πάλλισθον τε φύειν γίγνεται αὐτοῖς νέω.

Ξαῦθον δὲ ἐδλόν τότο πόλην τε παντί τε πόλην,

ὅσις αὐτῷ πιαβαῖς εἰ προμάχοισι μείνῃ

πωλεμέων, αὐχρᾶς ἡ φυγῆς ἐπιπλέγχυ λάθιτα.

Ψυχὴν πᾶν θυμὸν τλίμονα παρθέμενος:

Θαρσοῦν ἡ πεισμένη τὸν πλοσίον αὐτοῖς παρεπάντας,

ὅτος αὐτῷ ἀγαθὸς γίγνεται εἰ πολέμω.

ἄντα ἡ ανουμνέων αὐτοῦ ἐτρεψε φάλαγγας

τριχάτας, πονδῆς τε ἔχει πῦμα μάχης.

Ἄντος δὲ εἰ προμάχοισι πεισθεὶ φίλοι πλεσε θυμὸν,

* al. πεντά
βάσιν.

Ciuitatem, et populos, et patrem honestans;
 Multis per pectus et scutum rotundum uulneribus,
 Et per thoracem ab anteriore parte fauciatus.
 Hunc uero lugent pariter iuuenes, senesque, (tur.
 Et graui desiderio tota ciuitas funus ipsius prosequi
 Huius sepulchrū, et liberi inter homines preclari sunt.
 Itemque nepotes, et omne posterorum genus.
 Nunquam eius bona gloria interit, neque nomen ipsius:
 Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.
 Quem se fortiter gerentem, manentemque, et pugnātem,
 Pro patria et liberis uehemens Mars peremerit.
 Quod si effugerit sorte mortis longū inducētis sopore,
 Et uictoria potitus splendidā gloriā pugna auferat,
 Ipsū ex equo omnes iuuenesque, senesque, colunt,
 Multisque iucundis affectus ad orcum abit.
 Senescens autem inter ciues praeceillit, neque quis illum
 Lædere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.
 Omnesque in sedibus iuuenes simul et aequales
 Loco cedunt ei, quique maiores nati sunt.
 Huius igitur uirtutis ad summū peruenire, nunc alijs
 Nitatur animo, non remittens bellum.
 Eiusdem: alias Callini.
 Quamdiu torpetis? quando strenuā habebitis animam
 O iuuenes! an non ueremini uicinos,
 Ob tantam ignauiam! In pace autem uobis uidemini
 Sedere: sed bellum totam regionem infestat.
 Quis scutum aliquis arte in prelio hosti obtendat:

Et

Καὶ τὸ πᾶν λαὸς καὶ τατέρ σύντομος·
 τολλὰ διὰ τὸ βρυοι παῖς ασπίδος ὑμφαλούσας,
 παῖς διεκθόρηνος πρόσθη ἐλλαμοῖς.
 τὸν δὲ ὄλοφύρονται μὴν ὁμῶς νέοι, ἀλλὲ γεροντες,
 αργυρέων ἢ τόθῳ πάσσα νένιδε τόλις.
 παῖς τηνίβοις, παῖς ταῦτες οὐκ αὐθρώποις αὔριοι,
 παῖς ταῦταις παῖδες, παῖς γενός ἔξοπίσω.
 ἀλλέ ποτε πλέος ἐδλόρ απόλλυται, ἀλλ' ὄνομα αὐτῷ,
 ἀλλ' ὑπὲ γῆς τῷρ εἴσιρ γίγνεται αἰθανάτος,
 ὅμ τιν αἰρετόντα, μοίοντά τε, μαρνάμοντε
 γῆτε ψέρι παῖς ταῦταις θύρος Αργες ὄλεση.
 εἰ ἢ φύγει μὴν ιῆρα ταυτεγέος θανάτοιο,
 γένεσας δὲ αὐχμῆς αὐγλασόμ εὐχος ἔλοι.
 παῖτες μὴν τιμῶσιρ ὁμῶς νέοι, ἀλλὲ παλαιοί,
 πόλλα δὲ τῷρ πνά ταθὼν δρχεται εἰς αἰσθήν.
 γεράσονται δὲ ἀσοῖσι μεταπέπει, ἀλλέ τις αὐτὸν
 βλαέπηει, ὃτε αἰδοῖς, ὃτε θίνης ἐθέλει.
 παῖτες δὲ οὐ θώνοισιρ ὁμῶς νέοι, οἵ γε πατέ αὐτὸν
 εἴποσ' ἐκ χάρης, οἵ τε παλαιότοροι.
 παῖτες νῦν τις αἰνὴρ αἱρετε εἰς ἄντρον ἴνεδαι
 πειράθω, θυμὸν μὲν μεθιεῖς πολέμου.

τῷ αὐτῷ, ή Καλλίγ.

μέχρις τον πατένειδε, κότ' ἀλημορ ἔξετε θυμὸν,
 ο νέοι; ἀλλ' αἰδεῖδες αἱριτορικήνονται
 ἀλλέ λίλι μεθιεῖτες, οὐ εἰρήνη ἢ πονεῖτε
 ἥδαι, ἀταρ πόλεμος γαῖαν ἀπασσαν ἔχει.
 * οὐ νῦ τις αἰσίδα θίδω σὺντιβίως πολεμίζωμ.

* Huc he-
 xametru
 D. Came-
 rarius de
 suo sup-
 pleuit.
 παῖ

Et aliquis moriens ultimò iaculum emitat.

Honori enim est ex ornamento viro pugnare

Pro patria et liberis et tenera uxore

Aduersus hostes. Mors autem aderit, quandocumq;

Parce destruauerint. Sed age quispiam recta perget

Extenso in altum gladio, et sub scuto forte pectus

Foueat, cum primum incipit committi pugna.

Non enim mortem effugere fatale est

Virū. neq; si à maioribus immortalib. genus ducat.

Sæpe quis elapsus è pugna, sonituq; telorum

Euadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.

Atq; hic sane nec amicus est populo, nec gratus:

Illū uero magnus et parvus deflet si qd passus fuerit:

Vniuersus enim populus uirum fortē desiderat

Defunctum, uiuentem uero instar semidei colit:

Nam corā intuentur illum uelut turrim:

Quippe solus multorum aquat facinora.

Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus invictum estis:

Confidite, nondum iouis facies auersa est à nobis:

Nec hominum turbam formidetis, aut metuatis,

Quin recta quisq; hostibus scutum obuerat

Inuisam amissurus animam, mortisq; nigrum,

Sed solis splendori gratum subiturus fatum.

Nostis enim quām grauia sint Martis luctuosi opera;

Nostis etiam impetum permolesti belli.

Et quandoq; fugistis ipsi, quandoq; alios fugastis,

καὶ τις ἀποθνήσκων ὅφεται οὐκοντισάτω.
 τιμῶν τε γαρ εἰς τὰς ἀγκαλὰς αὐτὸς δὲ μάχισθαι
 γῆς πέρι, καὶ παίδων, πολεοῦντος τὸν αὐλόχοον
 μνημερέσκην θαύματος μέτων ἔσεται, ὅπποτε καὶ μὲν
 μοδροῖς ἐπιπλάσωστος, ἀλλά τις ιθὺς ἵτω,
 ἔγχος αὐτοχόομονος, καὶ ὑπὸ ἀσώδεος ἀλημονῆτος
 ἔλσας τὸ πρῶτον μιγνυμένος πολέμον.
 ὁ γαρ παῖς θαύματόν γε φυγάρι εἰμαρμένον ἔστιν
 αὐτὸν δέ τοι εἰ προγόνων ἡ γενεὰς αὐθανάτωρ.
 πολλάκις λαγοτῆτα φυγὴν παῖς θάψον αἰνόντων
 δρίχεται, σὺ δέ οἴης μετρία πάχει τανάτοις.
 ἀλλ' οὐ μὴν ἐπὶ ἐμπάτησθαι μὲν φίλος, ἢ ἐπὶ ποθεινός·
 τὸν δέ δλίγος συνάχει, παῖς μέγας, πῦρ τι πάθει.
 λαῷ γε δύμπαντι πόθος ηρατοβόφονος αὐθίγος
 θνήσκοντος. Γάρων δέ ἄξιος ἡμιθέωρ.
 πάστορα γαέρι μην πάργον σὺ διδούλωμοῖσιν ὄρθουσις,
 δρίμει γε πολλῶν ἄξια μάνος ἐστιν.

Τὰ αὐτά.

ἀλλ' Ἡρκυλῆς γε αἰνίκτονος γενέσις ἔστε,
 θαρσεῖται, τὸ πάτον τοῦτον αἰχανόντα δέχεται.
 μηδὲ αὐτοῖς πληνεῖται δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε·
 ιθὺς δέ εἰς προμάχος ασώδεις αὐτὸς ἔχεται,
 τοχθρᾶν μαὶ ψυχὴν θέμενος, θαυμάτων ἢ μελαχίστη
 αὐγαῖσιν πᾶσας ἡλίοιο φίλας.
 Ιτε γε ὡς αὔρεως πολυπλακρύτες δρύγοις αἰρεσίλας,
 εὗ δέ ὄργην ἐδάκτητος αὔργαστέν πολέμεις;
 μὲν μετὰ φονγόντων τε μιωπόντων τὸ δύσκεδας;

Iuuenes, utrumq; satis experti estis.
 Nam ex illis qui audent una persistentes
 Comimus in hostes aduersus impetum facere,
 Per pauci occidunt, retroq; seruant populum:
 Timidorum autem uirorum omnis perit uirtus.
 Vix autem aliquis uerbis explicare posset,
 Quanta incurrat mala, utr qui se turpiter dederit.
 Ignominiosum namq; est tergum sauciare
 Viri sufficientis in aduerso prælio.
 Turpe quoq; est cadauer in puluere prostratum,
 Aq; tergo hastæ cuspide uulneratum.
 Sed progressus quispiam maneat firmus utroq; pede
 Terræ infixo, labia dentibus præmordens:
 Femora et tibias infernè, nec non pectus humerosq;
 Lati clÿpei umbone contegens.
 Dextra uero manu ualidam hastam torqueat,
 Terribilemq; in capite cristam excutiat.
 Fortia aggrediens facta discat bellare,
 Nec à telis procul absit clypeum gerens.
 Sed congregiens quispiam, comimus longa hasta
 Vel gladio percussurus, socium sibi accipiat.
 Pedem hædi iungens, clypeumq; clypeo admouens,
 Nec non cristam crista, galeamq; aptans galeæ.
 Pectoriq; obuerso pectore contra hostem pugnet,
 Vel gladij capulo, uel hasta prælonga arrepta.
 Vos aut lœuis armaturæ milites sub scutis aliunde alijs
 Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,

Hastasq;

ὁ νέος, ἀμφοτερῶν δὲ εἰς πόρον ἀλλάζεται.
 οὐ μὲν γαρ τοιμάστησεν αὐλάντιοι μείνοντες,
 εἰς τὸ αὐτοχεδίουν καὶ πριμάχος ιούσαι,
 παρθότεροι θυγόποιοι, σάβοι δὲ λαὸν ὄπιοσι,
 τρεασάντων δὲ αὐθιρῶν τὰς ἀπόλωλ' αἱρετοῦ.
 οὐδὲ εἰς δὲ αὖτε ταῦτα λέγων αἰνόσιον ἔπαιδα,
 οὐδὲ, αὐτὸχρα ταῦθι, γύγιεται αὐθιρὴ πακάς
 αργαλέον γαρ ὄπισθε μετάφρονόμενος ἐστι μαῖζαι
 αὐθιρὸς φύσιγοντος μιᾶών σὺν πολέμῳ.
 παχρὸς δὲ ἐστὶ νέκις παταπέμψος σὺν ποιίᾳ
 πῶτον ὅπιδεις αὐχμῆι μιρδός ἐλιλάμποντος.
 ἀλλά τε τοις σὺν πιστεῖται μεμνήτω ποσὶ μαφοτερόισι
 σπειρίθεταις ἐπὶ γῆς, χαῖλος ὁδοῖσι μακιών.
 μέρης τε πνύματος τε πατῶ, καὶ στρίνα καὶ ἄμυς
 αἴσιδος σύρεος γαστρὶ παλύψαμένος.
 δεῖτορῆν δὲ σὺν χειρὶ τινασσότω ὅβριμον ἐγχειρί,
 πανέτω δὲ λόφον μετρὸν ὑπὸρθεφαλῆς:
 δρόμων δὲ ὕδρεμα δρύγα μετασπεύδω πολεμίζειν,
 μινδὲ ἐπίκοις βελέων ἐσάττω αἴσιδεις ἔχων,
 ἀλλά τε τοῖς ἐγγὺς ιώμ, αὐτοχεδίον ἐγχεῖ μακρῷ
 ἀνέξιφει ὑπάζων μάτιον αὐθιρὸν ἐλέτω: (σας)
 καὶ πάντα τοις ποδίσθεις, καὶ εἰς αἴσιδος αἴσιδεις ὄρεις
 σὺν δὲ λόφοις τε λόφῳ, καὶ πινάκιν ψινέῃ,
 καὶ στέρνον στέρνῳ πεπαλμένος αὐθιρὴ μαχίδω,
 οὐδὲ τίποις πάντιν, οὐδέρν μακρὸν ἐλών.
 ὑμεῖς δὲ ὡς γυμνῆτες ὑπὸ αἴσιδος ἀλλάθορδος αἴσιος
 περιέσοντες, μεγάλοις βάντετε χρυσαδίοις,

Hastasq; lœues contorquete in hostes,
Vestram prope armaturam permanentes.

Eiusdem.

Præclarum est, in prima acie si occidat
Vir bonus, pro patria sua pugnans.

At qui arbæ sua pinguisq; aruis relictis
Mendicare cogitur, omnium est miserrimus:

Cum chara matre uagans, et sene parente,

Cumq; paruulis filijs, et adolescentula uxore.

Inuisus namq; erit ad quoscunq; peruererit,

Indigentia uictus et odiosa paupertate.

Genus suum infamat, et formam decoram turpat;

Omnis generis anxietas, et mala cum sequuntur.

Tandem sic errantem hominem nulla (decori) cura

Afficit, nec pudor ullus in posterum est ei.

At nos animo forti pro terra hac pugnemus, et pro libe-

Moriamur, ne quaquam uitæ parcentes. (ris)

O iuuenes, arctè inuicem iuncti pugnate,

Neq; turpis fugæ, aut timoris initium facite.

Sed magnum fortemq; concipite animo impetum:

Nec pugnantes aduersus hostes uitæ ratione habete.

Veteranis autem, quorum genua non amplius sunt agi-

Grandæuis relictis ne fugite. (lida)

Turpe enim est, si in prima acie prostratus

Iaceat ante iuuenes vir senior,

Candidum iam habens caput, barbamq; canam,

Animam efflans fortè in pulucre,

Crucifixus

Ἄρκος τε φεγοῖσιν ακοντίζοντες εἰς αὐτὸς,
ταῦται πανοπλίαις πλούτοις ἴσαμονοι.

ΤΥ ΔΙ ΤΥ.

Σιθνάμην γαρ παλὸν ἐπὶ προμέχοισι πεσόντα
αὐτῷ σὺναθόν, πορτίν πατέρου μερνάμηνον.
τὸν δὲ αὐτὸν προλιπόντα πόλει παῖς πάγες
πάχθειν, παντωρ ἔσθιαντας ταῖς πατέροις,
πλαζόμενοι σὺν μητρὶ φίλη παῖς πατέρει γέροντες,
παῖς τε σὺν μητρῶς πλεύσιν τὸ αλόχω.

Ἐχθρὸς μὲν γαρ τοῖσι μετέσειται διὸ οὐκ ἵκεται,

χρηματοδοτῶν τὸν πόλεμον τὸν γέροντα πάντα.

αἰχμὴν τε γείος, πατέρα δὲ αὐγλαύρην εἶδος ἐλέγχει,
πάρσας αἴθυμίαν πακότης ἐπεται.

τοῦ δὲ τούτου αὐτὸρός τοι αὐλώμενον διέλει πόρη
γίγνεται, τὸν δὲ αἰδηλὸν εἰς ὅπισθι τελέθει.

Βούλωντος πέρι τοῦδε μάχαριθα, καὶ περὶ πατέρων

τοῦ δημοφεροῦ, φυχέωρ μητέρι φειδόμονος.

Ἐπειος, αὐλάκ μάχεσε παῖς πόλεμοντας μονοντες,
μηδὲ φούστης αἰχμῆς αἴρεται, μηδὲ φόβος.

Εἶτα μεγάλην ποσεῖτε παῖς αὐλώμενον εἰς φρεσὶ διηρόρη,
καὶ πόλει φιλοφυχεῖτο αὐτόροις μερνάμηνοις.

τὸς δὲ πατέρων, ωμὸν δὲ τοῖς γέροντας ἐλαφρόν,

μη καταπλεκοντες φονεύετε τοὺς γέροντας.

ποιχερὸν γαρ δὲ τότο μετέπει προμέχοισι πεσόντα

καὶ δια πόρει νέωρ αὐτόρα παλαιότερον,

πόλει λουκόν ἔχοντα πάτερι, πολέοντες γέροντας;

Φορέοντας πάντας αὐλώμενον σὺ πονίκη,

αἴρεται

Cruenta charis manibus pudenda tegens,

Quæ oculis intucri et turpe et indignum est,

^t Forte pa Et denudata corpora : ^t iuuenes autem prorsus decet,
rēthesi in- ut pubertatis flos sit eis pulcher *.

cludenda Viris quidem mortalibus, et mulieribus uisu amabilis
sunt *.

Est, uetus adhuc strenuus aut, si in prima acie cecide

Sed progressus ad pugnā q̄ spīā māeat utroq; pede crit.

Terre infixo, labia dentibus pr̄emordens.

PINIS CARMINUM

Tyrræi.

EX NAVMACHII SCRITIS SENTENTIAE.

Pulchru sanc est, corp, castu habere, intactaq; me
Virginē, et puris semper cogitationib. de... Cære
Nec onus circa laboriosa illa gestanteem, Lectariq;
Neq; dolores trementem suspiriosos Lucine;

Sed pertinacere quasi regiam imbecillum mulierem,

Oculum animae splendidum ad eam uitam erigendo,

In qua gloriose ueræq; sunt nuptiae, ubi commixta

Diuinis uerbis lumine plena meditationes parit.

Quod se te alienæ uite desiderium capit,

De ista quoq; presciens dicam, quō te oporteat cōficerre

Nauigationem, ut aiunt, secundam animo lato.

Hic tibi sit maritus, quem parentes decreuerint
Et si fueris prudens, felicissima es: sin aliter

Virum

αἰματόσπιτοι αὐλοῖς φίδαις σὺ χόρδην ἔχοντα,

αὐχρά τά γ' ὄφειλοις πάντες οὐτόμην ιδεῖν,

καὶ χρήσιμην θεωρεῖν τὰ νέοισι ἢ παντὶ ἐπειδηπού,

ὅφειλοις χρήσιμην αὐλαῖς αὔθος ἔχη.

αἱδεῖσι μὴν θυντοῖσι μιδεῖν, ἔρατος ἢ γυναικεῖ

πώσις ἐών, καλὸς δὲ σὺ προμάχοισι πεσεῖν.

αἱδεῖσι σὺν διαβάταις μηρέτω ποσιν αἱμοτερότοις

τυρειχθεῖσι ἐπὶ γῆς, χειλὸς ὅδεσι δικιόν.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ

Τυρτάν,

ΕΚ ΤΩΝ ΝΑΤΜΑ-

χρήσιμων πατα.

Kαλὸν ἥ, δέμας σύγνονος ἔχειν, αἴδητη τε μίμησι
παρθενικήν, καθαροῖσι τὸν εἰ μελεδίματος χαίρειν
μέτε βαρυτήτων λαγόνων πάρει φόρον ἔγενεν, (ρρ.
μίτε πόνον τρομέσσαν ἀγάστουρ εἰλειθύης
αἴδης ἡδεικνυσίλεαν αἴφαντον θηλυτοράφων,
ψυχῆς ὅμιμα φαεινὸν ὑπόρθρον βιότοιο χένταν,
οὐδεις γάμοις πεδίνοι πάντας θέτεις, σύνθε μηγέσσα
θεωρεῖσις ἐπέεσι νοήματα φέατα τίτανε,
εἰ δέ σε παῖξινοι πόθος βιότοιο πειχάνει,
καὶ τότε προσίστεις δρέω, πῶς χρῆσε πορησαί
τὸν πλοιῶ, φέασιν, τὸν θεόντορον σύφρονι θυμῷ.

ἔστω σοι πόσις ἕτος, δημούρημενοι τοιποτες.

καὶ μηδὲν ἐν τινι τούτοις σύ μηκαρτάτην εἰδένον αἴδησις

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

E' TYRTAEO, CLAVD. MON-
sello interprete.

Non ego uel cursus, uel claræ nomine luctæ,
 Commemorare uirum nec celebrare uelim :
 Nec si corporeis Cyclopus uiribus æquet,
 Et celerem currens ante uolet boream :
 Nec si Tithono fuerit formosior ipso,
 Sitq; Mida longè dition, aut Cinyra:
 Nec si uel Pelope audaci mage regius esset,
 Linguaq; Adrastæ plena lepore fluat :
 Nec si laus omnis foret huic, nisi bellica uirtus :
 In bello quoniam strenuus esse nequit,
 Si non sustineat cædem spectare cruentam,
 Conserat eorum denso primus in hoste manum.
 Illa quidem uirtus, atq; optima præmia ferri
 Aiuene ingenti nec sine laude solent.
 Spes eorum la salus populi est totius, & urbis,
 Qui primos inter continua arma gerit :
 Nec fugere omnino didicit, nec uertere terga,
 Audaci est animo: cuncta pericla subit.
 Hortaturq; mori socium, & discrimina ferre,
 Ille uir in bello strenuus unus erit.
 Iamq; hostile premens magna ui contudit agmen,
 Rexit & arbitrio nobile Martis opus :
 Ac tandem occubuit confossus in ordine primo,
 Nobilitans patriam, nobilitansq; patrem,
 Postquam ictus crebros dissecto umbo ne recepit,
 Vndiq; vulneribus saucia membra gerens.

illumin

Illum omnes pariter deflent iuuenesq; senesq;;
 Et summa exequis urbs pietate facit.
 Multus bonos tumulo, natisq; rependitur eius,
 Et soboli illorum, quæ genus inde trahet.
 Non decus illius, celebris nec fama peribit:
 Immortalis enim est, sit licet in tumulo,
 Quisquis in arma ruens, nec saeuo à Marte recedens;
 Pro patria & natis fortiter occiderit:
 Si uero incolmis mortem uitarit acerbam,
 Rettulertitq; sua parta trophya manu,
 Illum omnes pariter decorant iuuenesq; senesq;;
 Et bona percipiens plorima letus obit:
 Affectus senio toti gratissimus urbi est,
 Prorsus & hunc ipsum laedere quisq; cauet.
 Turba senum iuueniumq; loci concedit honorem,
 Nullus & æqualis se æquiparare uelit.
 Ergo aliquis tantæ uirtutis tangere culmen
 Conetur, toto pectori bella petens.
 Eiusdem, uel Callini.
 O' iuuenes, quid uult sibi tanta ignavia? ubi nam
 Sunt animi? num de finitimis rubor est.
 Segnitiem ob uestram? secura pace potiri
 Creditis: at bello patria tota tremit.
 Quilibet audacter mauortia surgat ad armas
 Atq; aliquis moriens ultima tela uibret.
 Pro patria pulchrum est, natisq; ex coniuge chara
 Pugnare, & ualida bella ciere manu.
 Mors aderit, cum fata uolent. iam quis mibi recta
 Prodeat in pugnam, cum citò cœpta fuit,

Tollens terribili gladium uirtute, tegensq;

Fortia prægrandi pectora sub clypeo :

Effugere haud ulli mortem conceditur, et si

A superis ortum duceret ipse suum.

Sæpe quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,

Repperit in propijs ædibus exitium:

Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis ulli :

Illum autem deflet cum iuniori senex.

Quippe sui desiderium post fata relinquit

Fortis, at in uita est semideo similis :

Conspicitur si quidem ueluti fortissima turris :

Nam quæ multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcidæ sed enim genus insuperabile, fortis

Este animo: nondum flexa Iouis facies.

Vos ne turba uirum, densus ne terreat hostis:

Omnis in aduersos obuia tela gerat.

Inuisamq; adeò statuens abrumpere uitam,

Præcipiti cursu malit obire semel.

Nostris enim quam sint borrentia prælia Martis,

Nostris & armigeræ quanta sit ira deæ.

Terga cecidistis partim, partimq; fugati

Estis, & experti scitis utrumq; satis:

Qui perstant simul, & primi certamina tentant,

Audentes animo cominus arma sequi,

Perpauci moriuntur, & à tergo agmina seruant:

Ast hominis timidi gloria tota perit.

Vix mala quis uerbis perstringere singula poscit,

Quæ uir, qui in bello turpia gesit, habet.

Nempe

Nempe ingens ignominia est, fugitare parantis

Lethali gladio terga secare uiri:

Turpe & puduera stratum tellure cadauer,

Dorsa gerens crebris saucia vulneribus.

Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;

In terra, stricto dente labella premens;

Et latum obijcens clypeum protendat ad ictus,

Qui femora atq; humeros, pectus & omne tegaz;

Atq; manu dextra robustam torqueat hastam,

Et summo pendens uerice crista tremat.

Fortiter arma mouens, bellandi exerceat artem,

Nec procul à telis perstet habens clypeum.

Congrediens aliquis gladium uibrando, uel hastam,

In pugnam, solum cominus accipiat.

Cum pedibusq; pedes, cum scutis scuta coaptans,

Cum crista cristam, cum galea galeam;

Et pectus iungens cum pectore, pugnet in hostem,

Siue tenens hastam, siue tenens gladium.

At uos, qui lexibus nudii trepidatis in armis,

Grandia præualida multite saxa manus

Atq; hostes contra teretes torqueat sagittas;

Nec quis ab armatis ausit abesse uiris.

Eiusdem.

Gloria magna uiri est, qui primus ante phalangas

Occubuit, patriæ nomine bella gerens.

At miserum est, aliquis patria cum pulsus & agris,

Mendicans uitum querit ubiq; suum,

Et chara cum matre, sene & genitore uagatur,

Vxorem iuuem & pignora parua trahens.

Namq;

Namq; odiosus erit, quamcunq; migrarit in urbem;
 Ut qui pauperiem pergrauet gestet onus.
 Et genus infamat, & formae turpat honorem:
 Deniq; & anxietas & dolor omnis adegit.
 Atq; uiri tandem per tot discrimina tracti
 Quis pudor? aut quæ animum tangere cura potest?
 His nos pro patria, & natis moriamur in armis,
 Nec uitam metuat perdere quisq; suam.
 O iuuenes propè conferti Mauortis obite
 Praelia, nec turpi uertute terga metus:
 Audaces quin este animis, & pectori forti,
 Inter pugnandum nec sit obire graue.
 At queis iam nec membra uigent, & quæssa pedum uis
 In bello pudeat deseruisse senecte.
 Infame hoc & turpe nimis, iuuenum ante caterunt,
 In primis senior si cadat agminibus:
 Canos iaque gerens barbae, capitisq; capillos,
 Exhalans animam pulucream per bumum:
 Atq; tenens manibus resperfa cruento pudenda,
 Cernenda iratis non nisi luminibus:
 Omnia persimilis iuueni, conamine magno
 Ut pubertatis flos sibi detur, agit.
 Ille oculis hominum gratus, dum uiuit, habetur:
 Strenuus at primis cæsus in agminibus:
 Progrediens aliquis maneat pede firmus utroq;
 In terra, stricto dente labella premens.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

BASILEÆ EX OFFICINA
OPORINIANA, ANNO SALV-
etis huiusme M. D. LXIX. Mensē -
Iannario,